

A & Ω!
SERENISSIMVM PRINCIPEM AC
DOMINVM,
DOMINVM
CHRISTIANVM
GVILIELMVM,

PRINCIPEM SCHVVARZTBVRGI,
E SACR. ROM. IMPERII QVATVOR-VIRIS,
COMITEM HOHNSTEINII cet. cet.
PATRIAE PATREM LONGE CLEMENTISSIMVM
ET SCHOLAE NOSTRAE

Nutricium Munificentissimum:
SERENISSIMOS item IVVENTVTIS PRINCIPES,

DOM. GVNTHERVM,
DOM. AVGVSTVM,
DOM. RVDOLPHVM,

Paternarum Virtutum felicissime Aemulos:

MAXIME SPECTABILES DOM. INSPECTORES,
Et reliquos Musarum Patronos et Cultores
Ad Examen proximo triduo habendum
humillime ac decenter
inuitat

M. IO. CASP. Schäffer/ Schol. Sond. Rector.

SONDERSHVSAE,

Typis Lvdovici HENRICI SCHÖNERMARKI, Typogr. Aulici.

DOMINUS
CHRISTUS
CONSERVAT
MUNIFICENTIA
PROSPERITAT
Gloria
MY
M
L
T
O
C
D

*)(o) *



Nter causas, quæ orationem obscuram & intricatam reddere queant, non postrema est *interpunctionum* neglectus. Hinc Deus Optimus Maximus, qui verbum suum ab omnibus legentibus intelligi voluit, sacratissimum veteris Testamenti Codicem quam distinctissime prodire iusfit. Cum enim communis illa profana scripta, quin ipsa nōnum Fœdus interpongendi ratio, solis *commate*, *colo*, *seminolo* et *punctio* conser, Ebræa e contrario Scriptura ad miraculum fere accurata est; dum per vniuersam eam nunquam plures vna seu singula voce continuo actu iunguntur sequenti, sed altera duarum semper rursum sine vlla exceptione est subdivinata. Quod, quantum momenti in scrutinio Biblico habeat, vel inde satis appetet, quod hoc ipso *termini periodorum* et *sententiarum* legitimate definitur; vocum *emphasēs* et variaz *construtiones* innuuntur; *casus* in nominibus et *personæ* in verbis discernuntur; genuinæ *suffixorum* et *particularum significations* determinantur, aliæque, sicubi latent, *equivocationes* felicissime vt plurimum euoluuntur. Id quod Viri eruditiois fama vndiqueaque celeberrimi Matthias Wasmuthus, Augustus Varenius, Daniel Weimarus, Andreas Reinbeckius, alii, exemplis innumeris in scriptis suis de *accentuatione* emissis, sic enim vocatio voces distinguendi et coniungendi apud Ebraos vocatur, luculente demonstrarunt. Ne vero rem omni profligatur, pro-

probatione destituamus, bina tantum vel terrena Scripturæ loca subiiciemus, Studiosæ Pubi compendii nostri Hutteriani occasione non ita pridem proposita.

Primus, qui Gen. I, 20. legitur ex versione *Santis Pagnini* ita fluit: *et dixit Deus: reptilient aquæ reptile animæ* (רְבָתִים) *viuentis* (רְבָתִים יְוָתָרֶת) *et volatile voler super terram, super facies expansionis calorum.* Ad quem locum, qui aiuum ex aqua originem deducunt, prouocare solent. Ut autem, quod ipsi volunt, probet, eum sic interstinguendum contendunt, ut post *volatile comma* ponatur, idque *accusatinus* constituantur, qui a precedente verbo *reptilient* dependeat. Ne vero, quod sequitur verbum, *voler*, nominatiuo destituatur, pronomen relativum *quod* per ellipsis, ut putant, suppressum, textui inferunt, h. m. *reptilient aquæ reptile animæ viuentis et auem, qua volvet supra terram.* A quibus, quod ad sensum attinet, ne latum quidem vnguem, *Mercerus*, Celeberrimus olim in Academia Parisiensi Ebraicæ lingua Professor, discedit, versiculum nostrum sic transferendo: *Producant agi a reptile animæ viuentis et volucrem volantem super terram.* Verum vt non commemorem, radicem *Scharrat* perpetuo scripturæ vnu intransitiue usurpatum, haud satis commode transitive reddi; nihil in hoc dicto reperitur, quod pronomen relativum inferendum suadeat, quin imo, quo minus id facias, prohibet non tantum stilus Mosis historicus et simplex, sed cum primis *accentuatio*. Cum enim Vice-Imperator *Atnach*, qui maximam semper potestatem intra versum in libris prosaicis exercet, sub voce רְבָתִים appareat, post illam maxima quoque distinctione erit collocanda, per quam *volatile a verbo reptilient* distinguitur, et *subiecti* loco sequenti *predicato voler* præmittitur, ideoque, quod porro inde consequitur, *nominatiuo* casu, non *accusatiuo* versione exprimendum. Vnde hec omnium accuratissima B. Augusti Varenii, accentuationis Ebraica peritissimi, translatio emergit: Und Gott sprach: es erlege sich das Wasser mit webenden und lebendigen Thieren; und das Gevögel fliege auf der Erden gegen die Beste des Himmels. Ex qua nullum pro avium ex aqua origine praefidium.

Sed

Sed ad locum secundum Gen. II, 19. veniamus, quem
allegant, qui aues ex terra formatas esse, defendendum su-
sciperunt. Et formauerat Jeboua Elohim (מְהֹרָה) de terra
omnem bestiam (בָּשָׂר) agri et omnem avem coeli. Duo vel ma-
xime hic controuerti solent, et, num qvod omnino animal e
terra, tanquam ex præexistente materia; et hoc euicto, num
etiam aues exinde creatæ dicantur? Vtrumque, qui pro terra
pugnant, adfirmant, atque clarissima textus littera se fatis tu-
tos arbitrantur. Verum non deest aliis, quod excipiunt, eo-
que interpretationem dubiam reddant. Sunt enim, qui prius
inficias eant, et cum res creatas omnes, præter corpus huma-
num, tum aues ex puro puto nihilo efformatas censeant, ar-
gumentis non contemnendis inducti, de qua vero sententia,
quod peculiarem considerationem requirat, alia occasione,
εἰδὼς θελήσην τὴν ξύστωμαν, videbimus. Iam ad eos con-
uertimur, qui originem auium ex aquis repetentes, posterius
impugnandum sibi sumserunt. Hi enim verba de terra ad sola
animalia terrestria, non autem, quod a sententiæ contraria
propugnatoribus perperam fiat, simul ad animalia volatilia
referenda esse, dicitant. Non opus est, inquit quidam magni
nominis Vir verba, de terra, dñm noīs repei, ut ad volatilia celi
etiam trabantur, cum ad bestias terra solum applicentur, volatilia
autem celi tantum creatæ dicantur, nominata causa efficiente, Deo,
non expressa materia, unde producta sint. Verum hos iterum accen-
tuatio manifesto deserit, pro terra nimis aperte pronuncians.
Si enim vim distinctionum et coniunctionum in tñernate no-
stro occurrentium lineolis quibusdam exprimere velimus, hie
earum erit positus: Et formauerat | Jeboua Deus|| de-terra|||
omnem-bestiam agri|| et omnem-avem coeli||| Vbi liquido appetat,
avem celi arctioreum nexus cum bestia agri, quam bestiam agri cum
de terra habere, ac proinde rō auis celi non minus quam be-
stia agri cum de terra est connectendum.

Sed inquis, quid tandem refert, primam auium originem
nosse? Prodiérint sane e terra, et ostendat illud accentuatio,
quid inde lucramur? Hoc, quod de sensu diuino certi redda-
mur,

mur, quem in minimis etiam perspexisse, dulce est. Ut vero de diuinioris huius scientiae vsu luculentius confet, en territum, idque maioris momenti exemplum. Aeternam Christi Redemptoris nostri Deitatem probatur, argumentum illud palmarium ex nomine *Jebous* petitum, tantum non ubique in prima acie collocamus, quod, cum meram et incomunicabilem essentiam diuinam exprimat, et de nullo, nisi solo vero Deo usurpatum legatur; nihilosecius tamen Immanueli nostro non semel tribuatur, adorandam eius Diuinitatem firmissime adserit. At vero Sociniani, quibus Deitas Christi fides est in oculis, hoc argumentum variis instantiis elidere conantur. Inter alia ad Iudic. VI, 24. provocant, vbi altare a Gideone erectum *Jeboua Schalom, Dominus pacis*, vel ut alii reddunt: *Dominus pax*, vocetur. Et sunt etiam, qui illud non abnuant. Ut vero Socinianis obuiam eatur, rem distinctione expedire nituntur. Scilicet eum demum verum esse Deum, cui id nominis absolute, non autem cui complexe et cum conditione alienante, vt altari Gideonis aliisque creaturis, imponatur. Quemadmodum locus dulcissimi somnii Jacobo immisisti *Berbet, domus Dei* vocetur, qui vero non fit Deus. At quantas in angustias hi se coniuncti? Licit enim allata distinctione, sane optima, aliis locis recte applicetur, tamen, si quicquam iudico, praesenti loco vix accommodari potest. Si enim nominatiuus iste vel genitiuus *Schalom* nomini *Jeboua* subiectus conditionem alienantem infert, nonne etiam conditio alienans erit, quando coelestis Pater magnum Pastorem ouium ex mortuis educens, Ebr. XIII, 20. o Θεός εἰρήνης, Deus pacis vocatur? nonne Sociniani aliquique Diuinitatis Christi hostes conditionem alienantem dicent, cum Infans coeli munere nobis donatus Jes. IX, 6. *Princeps pacis*, quando Germen illud iustum Jer. XXIII, 6. Cap. XXXIII, 16. *Jeboua Justitia nostra audit*? Scilicet: *Pax Jeboue, non est Jeboua, sed Jeboua pacis, Jeboua est*. Ut adeo, nisi alia responsio suppeteret, solidissimum hoc argumentum dimittere cogeremur. Istam vero felicissime *accenatio suppediat*. In teger

teger locus hic est: Aedificauitque Gideon altera Domino,
יְהוָה שְׁלֹמֹן et vocauit illud quisnam? Gideon? mi-
nime vero. Sic enim Jebova a verbo vajekra-lo per accentum
regium distinguendum et cum sequente Schalom, quocum tan-
quam substantium cum substantio arctius colixeret, coniungen-
dum atque ita interpungendum fuisset: et-vocauit-illua jeho-
vam pacis. Quod cum factum non sit, sed inverso ordine jehova
cum et vocauit-illua per Merca, connectatur, contra a Schalom
per iacobha differinetur, non Gideon sed ipse Jebova auctor
impositi nominis, quemadmodum nomen ipsum non Jebova
Schalom, Dominus pacis: sed Schalom, pax fuerit necessis est. Vnde
locum infallibile accentuum dictamen fecuti vertamus: et voca-
vit illud Jebova: pax. Quo ipso Socinianorum exceptio misere
exspirat. Atque hinc de summa accentuationis Ebraica ne-
cessitate pariter ac utilitate aliquo saltem modo constare po-
terit.

Quamvis autem præstantissima et vere diuina scientia
hæc iam inde a multis seculis spississimis ignorantia tenebris
immersa fuerit, et ex hominum memoria exsulaverit quasi,
felici tamen fidere, et insigni Dei Optimi Maximi munere
factum est, ut a GERMANIS nostris, iisdemque purioris Eccle-
siæ Doctribus, Samuele Bohlio, Caspar. Ledeburio, Matthia
Wasmutho, Henrico Opitio, Daniele Weimaro superiori, et
nostro seculo a Jo. Frankio luculento tractatu, quem *tenebras*
lucidas inscribit, ab exilio reuocata, ac labore plusquam
Herculeo integrati et facilitati sua fuerit restituta. Ut
iam facile, vel saltem non ita difficile sit, hanc adire
Corinthum. Regulæ enim accentuum confectionem diri-
gentes non tantum paucæ, sed et plerumque adeo perspicuæ
funt, vt etiam duodecimis non inertis ingenii pueris capi-
endis aptissimus sit. Et licet diffiteri non possimus, *praxin*
earum a priori, qua scientia huius periti infallibilem eius certi-
tudinem demonstratur, quemcunque textum sibi propositum,
iisdem, quibus in sacris Biblis occurrit, accentibus instruere
nouerunt, operosissimam, neque vt B. Wasmuthus loquitur
vnus.

vnius roridæ noctis fungum esse; altera tamen, qua ex accen-
tibus iam iam positis de distinctionibus et proportione
membrorum versus Biblici, (qua sola etiam ad verum Oracu-
lorum diuinorum sensum vel eruendum vel confirmandum
necessaria est,) a posteriori iudicamus, captum adolescentulo-
rum minime excedit. Proinde etiam confitui, ad hanc quoque
Philologicæ sacra partem, citra temporis iacturam, sine vilo
ceterarum lectionum detrimenio, futuros Theologæ Conse-
craneos sollicite præparare. Quod non inutiliter fieri posse
confido, postquam genium lingua sanctæ quodammodo fa-
miliarem sibi reddiderunt, et faciliores Codicis Ebrai textus
sine interprete interpretari didicerunt. Quemadmodum Exa-
men proximo abhinc triduo habendum, (ita spero) decla-
rabit. Cui vt SERENISSIMUS PATRIAEE PATER, SERE-
NISSIMI IVVENTVTIS PRINCIPES, MAXIME VENERA-
BILES DOMINI INSPECTORES, et ceteri Musarum no-
strarum PATRONI ac FAVTORES adesse, et nonnullo in-
terieō tempore ingenuos quosdam et bona spē Adolescen-
tes Latine et Germanice de diuersis materiis declamatu-
ros, clementissime ac benigne audire non dedignentur, ea qua-
par est animi submissione et obseruantia rogo. P.P.

DOMIN. XVII. p. Trinitatis, qui est IV. Id.

Octobr. A. R. S. 150, 15cx.



5i 2149

ULB Halle
002 410 087

3



56.

VOMA



35
34

A & n!
SERENISSIMVM PRINCIPEM AC
DOMINVM,
DOMINVM
CHRISTIANVM
GVILELMVM,
PRINCIPEM SCHVVARZTBVRGI,
E SACR. ROM. IMPERII QVATVOR-VIRIS,
COMITEM HOHNSTEINII cet. cet.
PATRIAEC PATERM LONGE CLEMENTISSIMVM
ET SCHOLAE NOSTRAE

Nutricium Munificentissimum:
SERENISSIMOS item IVVENTVTIS PRINCIPES,
DOM. GVNTHONERVM,
DOM. AVGVSTVM,
DOM. RVDOLPHVM,
Paternarum Virtutum felicissime Aemulos:
MAXIME SPECTABILES DOM. INSPECTORES,
Et reliquos Musarum Patronos et Cultores
Ad Examen proximo triduo habendum
humillime ac decenter
inuitat

M. IO. CASP. Schäffer/ Schol. Sond. Rector.
SONDERSHVS AAE,
Typis LUDOVICI HENRICI SCHÖNERMARKI, Typogr. Aulici.